# EXCUSSIO
## *QVÆSTIONIS VEXATISSIMÆ:*
DE
# HOMINIBUS
## PROPRIIS AC MILITIBUS FUGA SIBI CONSULENTIBUS, IN QVANTUM ILLI AD SACRAM COENAM SINT ADMISSIBILES?

**Ob Prediger Leibeigenen und Soldaten/ wann dieselbe verloffen und weichhafft geworden/ das Heil. Abendmahl reichen können?**

*QVAM*

*VENERABILI THEOLOGORUM GRYPHICORUM ORDINE CONSENTIENTE,*

PUBLICO USUI DESTINAVIT

**ALB. JOACH. de KRAKEVITZ,**

S. S. THEOL. D. AC PROFESSOR PRIMARIUS, FACULTATIS SUÆ h. t. DECANUS, CONSISTORII REGII PRÆSES, PER POMERANIAM SVECICAM AC RUGIAM SUPERINT. GEN., ACAD. GRYPHICÆ CURATOR ET PRO-CANCELLARIUS.

GRYPHISWALDIÆ,

*Sumtibus* Jacobi Löffleri, *Reg. Acad. Bibliopolæ.*

ANNO MDCCXXVIII.

# Præfamen.

INter casus subinde recurrentes nequaquam infrequens est, quod homines, peculiari subjectionis vinculo aliis obstricti, invitis dominis suis aufugiant & aliena quærant territoria, in quibus ab Ecclesiæ ministris ibidem degentibus peccatorum suorum petant absolutionem ipsamque Cœnæ Dominicæ participationem desiderent. Mirari subit quam maxime, Theologos, qui casus conscientiæ enodarunt, aut instructiones scripsere Pastorales, hunc, quantum mihi constat, non attigisse casum; neque suppeditasse quomodo animarum curatores erga ejusmodi se gerere debeant homines. Forte existimarunt, casum propositum ex generalioribus istis, quas de absolutionis negotio aut Sacræ Cœnæ tradiderunt usu, regulis, facile dijudicari posse; Ast dignus mihi omnino videtur, ut peculiari industria excutiatur, quandoquidem pro ratione circumstantiarum variis nonnunquam involutus est difficultatibus, quas extricare haud cuilibet concessum est. Dum itaq; ex Studiosorum nostrorum numero præsentis Dissertationis Respondens ad publicum eruditionis suæ specimen, vi beneficii Academici, quo fruitur, edendum, obstrictus est, hunc ipsum casum, quantum temporis angustia, & chartarum spatium nobis determinatum, permittunt, examinare constitui. Faxit supremum Numen, ut & hôc labore sanctissimi Nominis Divini gloria celebretur, & ecclesiæ promoveatur salus.

§. I.

CLare ac distincte omnium primo proponendum erit, quid in qvæstionem hic veniat. Non enim præcise nunc solliciti sumus de subditis quibuscunque, potestatem supra se humanam positam agnoscentibus, sed de hominibus,

quos hodie vocare solemus *proprios*, leibeigene Unterthanen/ sive ex pacto, vel contractu, vel alio quocunque justo titulo aliorum servi facti fuerint proprii, nullo habito sexus respectu. Vid. *DAVID. MEVII* kurtzes Bedencken über die Fragen von dem Zustand/ Abfoderung und verwiederter Absolge der Bauers-Leute/ zu welchen jemand Zuspruch zu haben vermeinet. *p. 15. sq.* Cumque milites signis suis adscripti, in eo, ad conditionem hominum propriorum quam proxime accedant, quod ex suo vivere arbitrio ipsis minime competat, sed isti servire teneantur domino, cui fidem semel dederunt, proinde etiam, quoties fidem suam temere fregerunt, aut justis ex causis semetipsos in libertatem vindicarunt, eadem ipsorum sit ratio, quæ hominum est propriorum, quoties ad cathedram confessionalem aut sacram Domini mensam accedere cupiunt; hinc nulli dubitavimus, *milites* jungere *hominibus propriis*, & de illis non minus quam his qvæstionem formare: An Ministri Ecclesiæ salva conscientia absolutionem iisdem impertiri & sacram eucharistiam dispensare queant, si constet, quod Dominis suis sese subduxerint iisque servire recusent?

§. II. Præsupponimus circa hanc qvæstionem, quod conditio & vivendi ratio, qua homines proprii aut milites non sui sunt juris, sed unice ad arbitrium Dominorum suorum, certo in loco vivere, suaque præstare servitia tenentur, nequaquam pugnet cum regulis Christianismi, neque cum libertate filiorum Dei. Postquam enim supremus hujus orbis Monarcha prædictum hominum statum nullibi in sacris suis improbavit pandectis, potius eundem ratum sibique gratum esse declaravit; Conf. Deut. XV. 12. sq. 1. Cor. VII. 20. - 24. 1. Tim. VI. 1. Luc. III. 14. Act. X. 1. 7. frustra *Anabaptistæ*, aut qui ipsorum partibus sunt addicti, hic nobis litem movent.

§. III. Præsupponimus itidem, Dominos istos nequaquam peccare, aut in regulas Christianismi impingere, qui vel milites

tes aut homines proprios mediante juramento ad fidelitatem & obsequium sibi præstandum, licitis modis obstringunt. Adeoque omnino probamus, quæ *SPENERUS* habet *P. II. Consil. Theol. Germ. p. 19.* Wo ein homagium erfodert wird / so eines von den Banden ist / damit die Policey aneinander hafftet / und die Liebe auch dessen Erhaltung uns anbefiehlet / und was dergleichen Fälle mehr sind / da achte ich / können Juramenta mit freudigem Gewissen geschehen / sintemahl sie weder wider die Heiligkeit GOttes / noch wider die Liebe des Nächsten streiten. Conf. Deut. VI. 13. X. 20. Gen. XXIV. 3. 1. Sam. XXIV. 23. Nehem. X. 29. 30.

§. IV. Præsupponimus ulterius, dominium in milites æque ac servos proprios non aliter exercendum esse, quam jura divina ac humana id ipsum permittunt. Conf. *DANNHAUERUS P. III. Lact. Catech. p. m. 416. sq.* Utinam ab omnibus quotidiana in praxi observaretur, quod *FECHTIUS* habet in *exeg. Expos. Ep. ad Philem. C. III. §. 12.* *Nemo hominum, quantumq; vilis & contemtæ conditionis, multo minime servi tui & ancillæ tuæ, vel in Christianismo negligendi, vel elato supercilio, quasi beluæ non fratres tui essent, spernendi pedibusq; sunt conculcandi. Nam & horum animam à te requiret Deus.* Optandum itaque quam maxime, ut omnes illi, quos Deus supra alios evexit, iisdemque vel in homines proprios vel militiæ addictos imperium aliquod concessit, frequenter sibi in memoriam revocarent ista Spir. S. effata, quibus officia dominorum erga servos delineata sunt. Conf. Job. XXXI. 13. 14. Eph. VI. 9. Col. IV. 1. Inprimis vero summorum esset imperantium, ut enormibus vitiis, quæ hodie ubivis ferme circa legendos milites grassantur, obex poneretur. Graphice ista in compendio enarravit *Jo. FRANC. BUDDEUS* in *Diss. Politico-Morali, de officio imperantium circa conscribendum militem*, quando §. 3. ita verba fecit: *Is expendat infinita crudelitatis, immanitatis & iniquitatis exempla, quæ in milite conscribendo fere ubivis terrarum, non ab hoste in hostem, sed à cive in civem, ab imperante in subditos statuuntur.*

ſibi ex divino eveniſſe beneplacito, aut verbo ipſius nequaquam eſſe contrariam; argumento loci ex 1. Cor. VII. 20. - 24.

§. VI. Hiſce præſuppoſitis, expendenda erunt nonnulla Scripturæ oracula, quorum excuſſio circa propoſitæ qvæſtionis dijudicationem omnino neceſſaria videtur. Omnium primo occupati erimus circa locum 1. Cor. VII. 21. qui in verſione Lutheri noſtri ita ſonat: Biſtu ein Knecht beruffen/ ſorge dir nicht/ doch kanſtu frey werden/ ſo brauche des viel lieber. Facile homines ſub ſervitutis jugo ſuſpirantes inde occaſionem arripere posſent, quocunque modo libertatem affectandi, ſiquidem videtur, quod facultas ipſis conceſſa ſit, excutiendi ſervitutis jugum, quocunque modo etiam idipſum fieri queat, nulla quippe hic comparet vel limitatio, vel reſtrictio. Diſpiciamus itaque, quis horum verborum ſit ſenſus. Hieronymus non tantum Lib. I. adverſus *Jovinianum*, ſed etiam in Apol. pro libro adverſus *Jovinianum* ad *Pammachium* ſcripta, (vid. Epiſtolarum opus divi Hieronymi in tres tomos diſtinctum Baſileæ anno 1543. editum f. 365. & 447.) hunc locum exponit de ſervitute matrimonii, acſi Apoſtolus dixiſſet: *Servus vocatus es, non ſit tibi curæ, ſed &, ſi potes liber fieri, magis utere. Etiam ſi habes, inqvit, uxorem, & illi alligatus es, & ſolvis debitum, & non habes tui corporis poteſtatem, atq; (ut manifeſtius loqvar) ſervus uxoris es, noli propter hoc habere triſtitiam, nec de amiſſa virginitate ſuſpires, ſed etiam, ſi potes cauſas aliqvas invenire disſidii, ut libertate pudicitiæ perfruaris, noli ſalutem tuam cum alterius interitu qværere. Habeto paulisper uxorem, nec præcurras morantem: expecta dum ſeqvitur. Si egeris patienter, conjux mutabitur in ſororem.* Verum enim vero, hæc expoſitio è diametro pugnat cum præced. v. 5. & expresſo mandato divino Matth. XIX. 5. ſq. præterea absque ulla neceſſitate â proprietate literæ recedit, propterea minime eſt amplectenda. Maxima pars interpretum iſtam amplectitur ſententiam, quam Æg. Hunnius propoſuit in *Theſ. Apoſt. ad h. l.*

*p. 119.*

*p. 190.* his verbis: *Illuſtrat Apoſtolus rem exemplis ſervitutis videlicet corporis illius, qva Domini in ſervos ſuos poteſtatem ſibi vendicabant vitæ ac necis. Inqvit ergo, ſervus vocatus es, ne ſit tibi curæ, i. e. ne exiſtimes, te ob vilitatem conditionis ſervilis eſſe deteriore apud Deum loco, ſed neq; ſponte tua jugum ſervitutis excutias, aut ſub prætextu libertatis Evangelii proprio libitu è poteſtate Domini tui te emancipare tentes. Qvin etiam, ſi potes fieri liber, magis utere, ſi tamen legitima ratione ab hero tuo manumittaris, ſive beneficium libertatis impetres, age, fruere illo.* Conf. ſi placet BALDUINUM *ad h. l.* qui libertate utendum eſſe docet, ſi ea contingere poſſit, modo hic omnia fiant ordine ac legitime, mediis licitis & juſto tempore, non ex ambitione aut πλεονεξία. I. Tim. VI. 6. Conſentit pariter SPENERUS *P. II. Conſil. Theol. Germ. Cap. III. Art. IV. Sect. XVI. p. 444.* Adſcribam quoque verba ipſius integra, quia faciunt ad præſentis qvæſtionis illuſtrationem: Paulus ſaget von den Knechten/ daß ſie bleiben ſollen/ wie ſie beruffen ſeyn. Nun die Arten/ wie ſie Knechte wurden/ waren vielerley/ und nicht eben alle GOtt gefällig / indem einige nicht nur in ſolchem Stande gebohren wurden / ſondern andere durch Krieg und ander Unglück in ſelbigen gerathen ſind/ wo man denſelben nicht anders vor einen göttlichen Beruff halten könte / als wie GOtt ſolches über ſie verhänget hatte. So waren ſolche Knechte als leibeigene Sclaven / nicht nur allein ſonſten in einem miſerablen Zuſtand/ ſondern vornehmlich was das geiſtliche anlanget/ konte man ſich kaum eine gröſſere Hinderniß aller Ubungen der Gottſeligkeit und Gottes-Dienſtes vorſtellen/ als der Zuſtand ſolcher Leibeigenen war. Indeſſen ſaget Paulus nicht zu ſolchen/ ſie ſolten/ damit ſie in der Freyheit ihrem GOtt/ ſo viel ungehinderter dienen könten / davon lauffen / und ihre Herrn verlaſſen/ ſondern ſie ſolten in ihrem Beruffe bleiben / es wäre denn Sache/ daß ſie mit ihrer Herren Willen frey werden könten/ ſo ſolten ſie ſich deſſen deſto lieber bedienen. Item *p. 150.* Kanſt du frey werden/ nehmlich ohne Sünde/ſo gebrauche dich deſſen viellieber. Juxta hanc expoſitionem concedendum quidem eſſet ſervis, ut libertate

bertate fruerentur, si modis legitimis eadem potiri possent, minime vero, si per dolosas artes aut impias machinationes se à servitute vindicassent. Qvis enim Sacrarum Literarum peritus talem unquam ex verbis Paulinis sensum eruere potest, quod servis quocunque modo se in libertatem vindicandi concessa sit potestas? Reclamaret certe omnis reliqua Scriptura, quæ toties quoties servis serio injungit, ut dominis suis debitum suum fideliter præstent. Interim ut appareat, quam parum patrocinii malitiosi desertores in hoc Pauli effato inveniant, adhuc aliorum interpretum hic adducere placet sententiam. Ex antiquioribus *THEOPHILACTVS* verba Apostoli sequentem in modum intellecta voluit: *Servus cum esses, credidisti? anxius ne sis neq; perturberis. Usq; enim adeo non obest servitus, ut potius, si potes liber fieri, utere: hoc est servito, atqve in usum te conferto.* Adduxi hæc ex *PHILIPPI MONTANI* versione, quæ certe quoad ultima cumprimis verba non abit à textu Græco, in quo expresse legitur: χρῆσαι, τουτέστι, δούλευε, εἰς χρῆσιν σεαυτὸν ἔκδος. Non alienus est ab hac sententia ERASMUS SCHMIDIUS in Notis suis, quando ad verba: μᾶλλον χρῆσαι ita scribit, *scilicet* τῇ ἐλευθερίᾳ, *si sc.* τὸ, εἰ καὶ, *pro*, *SI TAMEN*, *accipias. Si tamen potes liber fieri, eo magis bono illo utere. Alii rectius subaudiunt*, τῇ δουλείᾳ, *si nempe* τὸ, εἰ καὶ, *pro ETIAMSI*, (*ut vere significat*,) *accipias. Si vocatus es servus; ne cures*, laß dichs nicht bekümmern / *imo, etiamsi posses liber fieri, potius tamen statu tuo præsente utere & patienter servus maneto. Mihi non dubium est* (*scribit CAMERARIVS ad h. l.*) *qvin sit hac cohortatio ad patientiam, & velit Paulus, usq; adeo parvi faciendum esse Christiano, qvod servus sit, ut hanc conditionem, etiamsi possit, mutare velle non debere videatur. Id qvod seqventia confirmant.* Ne vero quispiam existimet, servitutem præferre libertati, ipsi repugnare naturæ, audiamus, quomodo LUDOVICUS de DIEU in *animadversionibus ad h. l.* mentem horum interpretum exponat. Postquam enim de versione hujus loci Syriaca controversiam



edis-

ediſſeruerat, mox ſequentia adjecit: *Hic ſcrupulus magnos viros tenuit, & verba pervertere coëgit. Sed nihil periculi eſt; neqve enim hoc voluit, ut* NB. *ſponte oblatam ab heris manumiſſionem aſpernarentur, & ſervitutem eligerent, ſed ut ne oblatis qvidem commodis aufugiendi, ac ſemetipſos in libertatem vindicandi occaſionibus, eas amplectantur, verum legitimam potius ſervitutem illegitimæ præferant libertati. Etiamſi poſſes liber fieri, tuis nempe artibus & fraudibus, elige potius ut ſervias. Ac videntur ipſa Apoſtoli verba hanc interpretationem poſſe admittere. Servus vocatus es, ne tibi curæ ſit; ſed etiamſi poſſis liber fieri, utere potius, nempe ſtatu tuo ſervili. Et ſic optime qvadrat ſeqvens ratio* NB. *conſolatoria. Nam qvi ſervus vocatus eſt, libertus eſt Domini: & qvi liber vocatus eſt, ſervus eſt Chriſti, qvaſi dicat: Ne tam gravis ſit ſervitus veſtra, ut, ſi posſitis, velitis malis artibus in libertatem vos aſſerere, defungimini potius vocatione veſtra, etſi enim ſervi ſitis hominum, liberti tamen eſtis DEI, & quamvis liberi eſſetis, ſervi tamen eſſetis CHRISTI. - - Neqve inſolens phraſis eſt,* χρᾶσθαι δουλείᾳ *uti ſervitute, ſic enim* THEODORETVS *loqvitur homil. 8. de providentia,* ὅτι δὲ οὐ λοβᾶται ἡ δουλεία τοῖς χρωμένοις, *qvod autem ſervitus non noceat utentibus. Eſtqve eadem* CHRYSOSTOMI *ſententia, qvi in hunc locum commentans,* μᾶλλον χρῆσαι, *vertit,* μᾶλλον δούλευε. *Similiter in præfatione Ep. ad Philem. hunc locum citans & explicans, dicit:* μᾶλλον χρῆσαι, *eſſe,* τῇ δουλείᾳ παραμένει. Conf. etiam *PASCHASIVS QVESNEL* in *Nov. Teſt. ad h. l.* Qvodſi nunc ultima hæc expoſitio, quæ egregie nexum cum ſequenti verſu 22. obſervat, & genium lingvæ Sanctæ habet faventiſſimum, fuerit admiſſa, tunc certe manifeſto apparet, quod ſervi à dominis ſuis absque ſontica cauſa aufugientes, nullum in his verbis inveniant ſolatium. Neque mutanda erit vocatio ſub prætextu Religionis, quemadmodum in Papatu jubentur homines deſerere functiones ſuas politicas atque œconomicas & ingredi monaſterium. Conf. PRÜCKNERVS in *Vind. ad h. l.* quia potius Religio Chriſtiana quam maxime contrarium jubet.

§. VII. Dum modo occupati fuimus circa verſum 21.

1. Cor. VII. operæ pretium erit, ut paucis quoque hic repetamus, quænam juxta intentionem Spiritus S. sit Theologorum Orthodoxorum mens, quoad illa Apostoli verba: *μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων, ne fiatis servi hominum.* v. 23. Possent etenim malitiosi servi desertores iisdem facile abuti ad palliandam suam iniquitatem. Verum enim vero, cum abunde constet, quod servitutem civilem Spiritus S. nullibi in Scriptura S. improbaverit, potius ad eandem in timore Dei subeundam & fideliter perficiendam omnes servientes crebro admonuerit; hinc omnino præsupponendum, Spiritum S. eandem in his verbis minime prohibuisse, sed illam tantum, quæ cum libertate ista, in quam Christus nos adseruit, stare nequit. Talis est servitus, in rebus spiritualibus, quæ hodie sub Papismo locum habet, quoties hominum mandata necessario credenda imponuntur, conf. FRIEDLIEBIUS in *Obs. ad h. l. p. m. 203. n. 18.* aut, si quispiam hominibus in rebus injustis & cum verbo Dei pugnantibus obsequitur, vel conscientiam suam hominum traditionibus autoritatique, extra verbum Jehovæ, regendam ligandamque submittit. Vid. GLASSIUS *L. V. Phil. S. Tr. I. Cap. XII. p. 371.* Talis servitus est carnalis, qua homo animo inservit alteri ejusque nutui in foro conscientiæ se mancipat. Vid. BROCHM. *Systema T. II. de Magistr. Polit. C. II. quæst. 18.* Ita servi Corinthiorum sæpe cogebantur ab heris suis ad illicita, ad furta & alia flagitia. Hic obsequium ipsorum finem habere docet Apostolus, quia est contra libertatem illam, in quam ipsos asseruit Christus. Conf. BALDUINUS *ad h. l. p. 373.* & GEORG. CALIXTUS in *Expos. Lit. ad h. l.*

§. VIII. Videtur quoque favere impietati aufugientium servorum locus Deut. XXIII. 15. quem *LUTHERUS* noster in versione sua satis feliciter expressit his verbis: Du solt den Knecht nicht seinem Herrn überantworten / der von ihm zu dir sich entwandt. Quodsi enim hæc verba nude & simpliciter, sine ulla restrictio-

ne & limitatione forent accipienda, certe quocunque tempore & quacunque occasione pro libitu servi possent aufugere à dominis suis & ubivis tutum exigere asylum. Ast si consideremus, quod ejusmodi sensus tot apertissimis Scripturæ Sacræ dictis reclamet; Ex. XX.17. Eph. VI.5.6.8. Col. III,22. 1. Tim. VI, 1. 2. Tit. II. 9.10. 1. Petr. II. 18. facile apparebit, hoc mandatum divinum ad certos tantummodo casus, ex communi charitatis & æquitatis lege, nec non ex peculiaribus constitutionibus populo Israëlitico à Deo præscriptis, facile dijudicandos, suum habuisse respectum. Probe hoc observarunt divinarum literarum interpretes. *Judæi* communiter exponunt hunc locum de servo, qui à domino Gentili in terram Israëliticam se receperat. Secutus est hanc Judæorum mentem FRANCISCUS BURMANNUS conf. ipsius Biblische Wercke *ad h. l.* ubi ita legimus: Welches am Besten von denen Knechten der Cananiter verstanden wird/ wenn dieselbe zu den Israeliten flohen/ nicht wegen ihrer eigenen Misssethaten/ sondern wegen der Strengigkeit und Unterdrückung ihrer Herren/ und sich zu GOtt bekehren wolten. Welches doch nach denen Jüdischen Rechten so geschahe/ daß dem Herren des Knechts der Preiß desselben aus den gemeinen Mitteln gegeben ward. Auch wird es von Knechten verstanden/ die aus dem Lande Canaan von ihren Herrn weggelauffen waren/ und darnach wieder in dasselbe kahmen. Maßen man keinen Knecht wider seinen Willen aus dem Lande Canaan bringen dorffte/ wann er die Jüdische Religion angenommen. Audiamus quoque nostræ Ecclesiæ Theologos. LUCAS OSIANDER horum verborum sensum ita expressit: *Non trades servum domino suo (à quo tyrannice nimium est tractatus) qui (servus) ad te, tanquam ad legitimum magistratum confugerit à domino suo, cujus injustam sævitiam perpeti diutius non potuit. Ne contristes eum, Hebr. ne depræderis eum, (i. e. ne fœnore aut aliis malis artibus eum premas, eo quod peregrinus sit.) Quoscunq; enim magistratus, salvo jure, ab aliorum tyrannide eripere potest, eos servare debet.* Seqvuntur LUCAM OSIANDRUM,

DRUM, ANDREAS OSIANDER, JOH. ADAMUS OSIANDER, item JOH. QVISTORPIUS. Neque alienus eſt ab hac ſententia *CHRISTOPH. PELARGUS* in *Comm. ad h. l.* quia tamen uberius hæc declarat, ideo digna judicamus verba ipſius, ut in ſuo hic quoque legantur contextu. *Humanitatem*, inquit, *postulat, quæ ſervos vetat fugitivos iratis reddere heris, ſi forte appellent fidem alicujus ac præſidium: ne inclementius habeantur, neve afflictis major addatur afflictio. Quam ob rem ſic illis providetur, ut ſi quem in urbibus locum ſibi deligant, in eo absque injuria & violatione ulla, quamdiu ipſis viſum, ferri jubeantur, donec reconciliationis commoda iniri poſſit ratio. Sic Apoſtolus pro fugitivo intercedit Oneſimo. Sic Joannes Evangeliſta fugitivo adoleſcenti omnem ſpondet indulgentiam & clementiam apud EUSEB. Lib. III. Hiſt. Eccl. Cap. XXIII.* Eodem plane modo hunc locum intellexit JOH. COCCEJUS. Nos interea exiſtimamus, adductas ſententias ita comparatas eſſe, ut omnes facile admitti poſſint, ſiquidem haud parum lucis afferunt circa qvæſtionem iſtam, de ſervis & militibus deſertoribus, rite dijudicandam.

§. IX. Multum affinitatis habet cum loco modo enucleato dictum Prov. XXX. 10. Verrathe den Knecht nicht gegen ſeinen Herrn/ er möchte dir fluchen/ und du die Schuld tragen müſſeſt. Ne itaque & inde ſervi nequam aufugiendi capiant licentiam, exiſtimantes, non licere aliis, commiſſam ipſorum impietatem revelare dominis, noſtrum erit, genuinum horum verborum noſſe ſenſum. Eruerunt eundem haud infeliciter Exegetæ ſuis in Scripturam S. meritis celebres. JOH. HENR. MICHAELIS multum lucis affudit huic loco, quando in notis ſuis ad *Bibl. Hebr.* pauca hæc adjecit: *Ne calumnieris* Pſ. CI. 5. Fuſius vero nobis mentem Spiritus S. expoſuit MARTINUS GEIERUS in *Comm. ad h. l. Verbum* הלשן *non uſpiam legitur alibi, Pſ. CI. 5. occurrit* מלושני *lingva detrahens clam proximo ſuo. Talis indubie hic notabitur lingvæ abuſus, quo quis intempeſtive aut calumniatorie etiam, ex mera dicacitate, petulantia aut nocendi libidine profert alterius dicta vel facta. Non*

 *igitur*

*igitur b. m. sustollitur aberrantis aut delinqventis debita correptio, aut si facinus graviorem mereatur animadversionem, ad superiorem delatio, verum temeraria solum ac inhumana interdicitur criminatio personæ antehac abjectæ.* SERVUS *s. ex gentibus is confugerit ad Israëlitam, (quod nonnulli Rabbinorum volunt, accersentes huc illud Deut. XXIII. 15. de tali servo fugitivo non tradendo priori domino) s. Israëlita is ipse fuerit, aut alia quacunq; ratione in servilem statum delatus. Commiserationem meretur horum conditio magis quam miseriæ cumulationem, quos humane potius emendare debemus ipsi, quam odiose & calumniatorie apud heros deferre, ut sic tanto intolerabilior fiat servitus, heriq; animus ab eodem alienetur.* Apparet ex his non minus recte quam pie dictis, quousque nos in conscientia hocce Spiritus S. effatum obliget. Qvodsi vero quispiam inde colligere vellet, neminem servorum apud dominum suum esse accusandum, vel deferendum, aut etiam extradendum, tunc læderetur utique charitatis præceptum. Memorabilis est locus, qui reperitur Deut. XXII. 1. 2. quem ex versione SEB. SCHMIDII hic adducere placet: *Non videbis bovem fratris tui aut pecudem ejus impulsos, & occultabis te ab illis, sed reducendo reduces illos fratri tuo. Si vero non propinqvus sit frater tuus apud te, aut non nosti eum: colliges id in medium domus tuæ, ut sit tecum, donec quæsiverit id frater tuus; tum restitues id illi.* Profecto, si pecus est restituenda, servus multo magis & ancilla, qui jure obstricti sunt ad quotidiana dominis suis servitia præstanda, iisdem erunt restituendi. Sic enim non consulitur tantum fortunæ herorum, sed quod potissimum hic attendendum venit, etiam conscientiæ servorum. Qvid itaque impedit, quo minus denunciatio fieri possit, quoties in notitiam nostram veniunt ejusmodi homines, qui nulla justa causa commoti servitutis jugum abjecere? Notissima est juris communis regula ab ipso Salvatore nostro Matth. VII. 12. inculcata: *Qvod tibi vis fieri & alteri feceris.* Qvis autem sibi hæc fieri nollet? Quis non vellet, servorum suorum

cogno-

cognoſcere vitia? Quis non vellet, ut ſibi reſtituerentur ſervi fugitivi aut ancillæ deſertrices? Spectat ad commoda ſervorum æque ac herorum, ut quandoque vitia à famulitio commiſſa debito loco innoteſcant & emendentur, adeoque & illa juxta Chriſtianismi regulas, caute tamen ac circumſpecte, in timore Dei, revelari poſſunt. Vide quæ ad h. l. commentatus eſt JOH. COCCEJUS. Modo obſervetur, in omni opere divini nominis gloriam & ſalutem proximi eſſe promovendas; &, ſi quæ ſuſcipiendæ ſunt denunciationes, illas non ex odio aut vindictæ cupiditate, ſed ex haud fucatæ charitatis fonte derivandas eſſe.

§. X. Præſuppoſuimus ſupra §. II. quod conditio & vivendi ratio, quæ hodie inter homines iſtos, quos vulgo leibeigene Unterthanen / vocare ſolemus, obtinet, regulis Chriſtianismi neutiquam contrarietur: Cum vero huic præſuppoſito opponi poſſet, quod Deus olim quidem populo ſuo Iſraëlitico, conf. Levit. XXV. 39. 44. permiſerit, ut mancipia haberet, ex nationibus Gentilium, neutiquam vero ex fratribus ſuis. Quod præceptum religioſe quoque â Salomone obſervatum legimus 1. Reg. IX. 20. 21. 22. 2. Chron. VIII. 7. 8. 9. (De diſcrimine inter mancipia & ſervos Hebræorum conf. MELCHIOR LEIDEKKERUS *L. VI. Cap. XI. de Rep. Hebr. f. m. 399.*) Hinc probe obſervandum, quod maxima ſit differentia inter mancipia veterum & inter homines noſtri ſeculi proprios. Duriorem illam ſerviendi conditionem, cui olim mancipia ſubjecta erant, dudum immutarunt Imperatores ac Principes Chriſtiani, quod etiam monuit DANIEL TOSSANUS ad 1. Cor. VII. adeoque, quamvis Deus optimus maximus olim permiſit populo ſuo, quod ejusmodi mancipia ex Gentilibus habere poſſent, hodie tamen inter Chriſtianos vix ac ne vix quidem inveniuntur, niſi forte iſtos eximere velimus homines, qui propter graviſſima ſcelera ad ſimile vivendi genus fuere condemnati. Certe, ſi ſtatum ac condi-

conditionem hominum iſtorum, quos nunc communiter proprios leibeigene Unterthanen vocamus, juxta ſua, quibus innititur, principia, conſiderare velimus, tunc omnino dicendum, quod ſors ipſorum excellat præ ſorte multorum hominum libertate ſua fruentium. Quem enim latet, quod homines proprii ad juſti æquique regulas menſurata tantum præſtare teneantur ſervitia, quorum in compenſationem, ipſis de omnibus ad vitam ſuſtentandam neceſſariis à dominis ſuis ita proſpicitur, ut, ni forte heri ſuo abuſi fuerint dominio, quietam posſint agere vitam? Quod vero milites concernit, hi ſuis gaudent ſtipendiis, quibus ſimiliter contenti vivere poſſunt, ac debent, Luc. III. 14. quemadmodum maxima eorundem pars in ſua tranquillo animo acquieſcit ſorte. Cum è contra plurimis in libertate viventibus cum extrema confligandum ſit inopia atque miſeria, dum non inveniunt, qui ipſis ferant ſuppetias aut curam ipſorum gerant. Hinc quoque evenit, quod multi homines liberi, pacis non minus quam belli temporibus, ultro ſervitutis legibus ſe ſubjiciant, & vel propriorum hominum, vel militum claſſi adſcribi ambiant. Patet ergo ex hactenus adductis, quod eatenus lex illa per Moſen â Deo lata noſtræ ſententiæ minime contrarietur. Interea nunc etiam ponamus caſum: inveniri adhuc hodie talia inter Chriſtianos mancipia, qualia olim fuerunt, eandemque nobiſcum profiteri in Chriſtum fidem, adeoque eſſe ex fratribus noſtris: Nonne illi ipſi ſervi, de quibus loquitur Scriptura N. Teſtamenti, & quos multoties Spiritus Sanctus per Apoſtolos ad promptum paratumque heris ſuis præſtandum hortatur obſequium, talia maximam partem fuere mancipia? Conf. JOH. COCCEJUS, qui in Comm. ſuo ad 1. Cor. VII. 21. hoc expreſſe monuit. Quodſi itaque illi approbante & jubente Deo vivere potuerunt, imo! debuerunt ad nutum dominorum ſuorum, quidni & hodie? Conſtat præterea, quod leges Judæorum forenſes nos non obli-

obligent, & sub Novi Testamenti œconomia nulla sit inter servos & liberos, ratione religionis, differentia. Conf. 1. Cor. XII. 13. Gal. III. 28. Col. III. 11. Quæ ipsa Scripturæ S. loca hominibus Christianis sub miserrimæ servitutis jugo laborantibus maximum afferre possunt solatium, siquidem ex illis certissimi redduntur, quod servitus illa ipsos nequaquam excludat â consortio Christi, aut â communione bonorum per Christum partorum. Scite proinde scripsit AUGUSTINUS in sententiis *n. 53. Justis quicquid malorum aliquis dominus irrogat, non pœna est criminis sed examen virtutis. Nam etiam bonus, si serviat, liber est: malus autem; etsi regnet, servus est, nec unius hominis, sed, quod gravius est, tot dominorum, quot vitiorum.* Quodsi autem forte quispiam ulterius se nobis opponere vellet, dicendo; servos ejusmodi proprios salva quidem ac illæsa conscientia dominis suis servire posse ac debere, quatenus ex nutu & arbitrio Summi Numinis tali servitio sunt destinati; inde tamen nondum sequi, quod heri Christiani salva ac illæsa conscientia in fratres suos tanquam in homines proprios dominium exercere possint? Sed salva etiam hic manere potest dominorum conscientia. Ubi enim in tota Scriptura Novi fœderis unquam heris interdictum fuit dominium in servos fratres? Nonne eo ipso, dum Spiritus Sanctus expresse docuit, quomodo dominium in servos fratres sit exercendum, eo ipso quoque dominium ipsum approbavit? Conf. ad Eph. VI. 9. Col. IV. 1. Nonne, si ejusmodi dominium Deo Domino nostro simpliciter displiceret, illud quoque interdicendum aut ad minimum improbandum fuisset, ne Domini perseverarent in re maxime illicita? Sed nullibi, uti antea jam monuimus, istud interdictum neque improbatum, ergo quoque minime illicitum erit. Hinc DANNHAUERUS in *Theol. Consc. T. I. p. 847.* ad qvæstionem: *An prisca servitus pœnalis Christiano conscientur possit imponi aut imposita continuari?* Respondet: *Servitus adempta barbarica & tabulis divinis*

C con-

*contraria asperitate, adq; sententiam Apostoli Eph. VI. 1. temperata imponi & continuari potest de jure. Alias æqvitatis est & misericordiæ, cum Philemon aliqvis Onesimum emancipat.* Imo pro servitute ad angarias publicas, fodinas metallicas, & triremes imponenda iis, qui ex crimine luunt, manifesta militat ratio. Quia sic otio pabulum subtrahitur, negotio fructuoso manus præbentur, furum, lurconum aliorumque maleferiatorum imminuitur numerus.

§. XI. Expendenda quoque erit sacra jurisjurandi obligatio, qua communiter homines æque proprii ac castra sequentes dominis suis solent esse obstricti. Novimus ex secundo præcepto, quomodo verbis admodum emphaticis sanctissimus Legislator suam mortalibus declaraverit voluntatem. Dum enim dicitur: *Non habebit Dominus innocentem eum, qvi nomine suo abusus fuerit*; tunc jam dudum observatum est, quod phrasis illa negativa aggravationem importet, ac tantundem affirmet, quod non impunitum dimittet Dominus, non tanquam insontem paternis castigationibus exercebit; sed tanquam in perjurum & perduellem severus judex publicis privatisque cladibus animadvertet. Hinc, quam enorme, quam atrox committant delictum, qui perjurii vitio se commaculant, exposuit HÜLSEMANNUS in Orat. ExRectorali illa, quam Jo. FR. MAYERUS Museo suo Ministri Ecclesiæ integram inseruit. Digna sunt, ut denuo hic exscribantur, quæ *p. 72.* leguntur verba: *Juramenti violationem, si deliberato aut præfracto animi motu suscipiatur, non tantum dolum habere comitem erga homines, qvibus juratum est; sed proficisci ut plurimum ex impietate & irreverentia erga Deum, non solum voluntatis conscium nostræ, nec tanqvam judicem solum & vindicem sceleris; sed etiam Dominum, Parentem, Evergeten, & tot pietatis titulis eminentem, qvot nec in Dominum, nec patrem, nec obsidem, nec vadem, nec benefactorem qvemcunq; alium convenire possunt. Qvæcunqve igitur accepta beneficia perjurii crimen à*

*servo*

*servo aut libero in Dominum commissi aggravare magis possunt, ea perfidiam in herum designatam longe atrociorem reddere, ac, qvomodo obligatio servi erga herum, filii erga parentem, non æstimatur ab utilitate privata, aut bonorum fortunæ accessionibus, qvas promovere tamen & ipsi debent, qvantum possunt, sed mensuratur & pendet ab æqvitate naturali, ut revereatur servus dominum, filius conditorem & nutritium suum; ita vicissim perjurii reatus non æstimatur, nec pendet à qvantitate damni, qvod pejerans intulit, sed potissimum ab atrocitate injuriæ, qvæ Domino, qvæ conditori, qvæ parenti, qvæ nutritio, qvæ præceptori, qvæ liberatori soli illata est.* Svadent proinde Casuistæ, juramenta omnia & singula circa rem possibilem, licitam & honestam suscepta servanda esse, si ullo modo illæsa conscientia servari possunt. Vid. BALDUINUS *Cas. Consc. L. II. C. IX. Casu XIII.* Nec obstat, quod homines proprii & milites mediante juramento, quo fidem suam dederunt, videantur injurii fuisse in semetipsos, & hac ratione molestissimo sese addixerint vivendi generi. Nam *primo* nullum reperimus vivendi genus, quod suas non habeat molestias, propterea tamen vitæ genus, cui nos semel adscripsimus vel adscribi passi sumus, nisi per se fuerit peccaminosum adeoque illicitum, temere nequaquam est immutandum, sed causæ modique mutationis exiguntur justi ac legitimi. *Secundo*, multo minus licita erit ejusmodi mutatio, quando nostram aliorum arbitrio subjecimus voluntatem. Neque omittendum *tertio*, quod Exegetarum nonnulli ad Ps. XV. 4. observarint: Illa quoque juramenta servanda esse, quæ jurantibus in damnum vergunt. Vide ejusmodi expositiones adductas à MARTINO GEIERO in *Comm.* & JOH. HENRICO MICHAELIS in *notis ad h. l.* Et certe, si ea, quæ mediante juramento etiam ab invitis & coactis promissa sunt, illæsa conscientia præstari possunt, tunc quæcunque potius perferenda erunt dura atque molesta, quam in vanum assumendum erit Nomen Dei sanctissimum. Conf. Jos. IX. 3. - 19. 2. Sam. XXI. 1. 2. 1. Reg. II. 8.

§. XII. Ex hactenus adductis liquere autumo, quid faciendum sit Ecclesiæ Ministris, quoties homines peregrini circa sacro sanctum absolutionis negotium aut Cœnæ Dominicæ administrationem, ipsorum efflagitant operam, inficiari autem nequeunt, quod vel jure proprietatis vel militiæ suos habeant dominos, illis vero insciis ac invitis aufugerint. Solent ejusmodi homines varias plerumque afferre rationes, propter quas servitutis jugum abjecerint libertatemque affectarint, quæ omnium primo summa cum industria ad regulas verbi divini, nec non juris humani erunt examinandæ. Cum vero admodum difficile sit dijudicare, quænam rationes sint satis validæ ad liberandos ejusmodi homines à propudioso desertionis crimine, hinc operæ pretium me facturum esse confido, si in gratiam eorum, quibus animarum cura incumbit, potiores ex illis hic afferam. Ita tamen hic incedere placet, ut prius agam de hominibus propriis, postea autem de militibus.

§. XIII. Exploratum inter omnes est, quod proprietas illa hominum, qualis hodie obtinet, partim ex jure divino, partim ex jure humano sit dijudicanda. Ea enim quæ in genere Sacra Scriptura tradit de dominis & servis, quam maxime hic sunt observanda, unde etiam ista antea jam à nobis ex parte adducta sunt. Cum vero casus occurrentes minime sufficienter dijudicari possint, nisi juris quoque humani quoad homines proprios habuerimus cognitionem, hinc nemo mihi vitio vertet, si ex incomparabilis JCti DAVIDIS MEVII, quem etiam post fata Pomeranorum in jure dicendo Oraculum vocare licebit, tractatu jam supra §. 1. adducto hic ea afferam, quæ potissimum nobis ex usu esse possunt. Atque sic haud prætermittendum consilium illud *p. 10. n. 30.* suppeditatum: *Quia rusticorum conditio mire variat, ideo, quid statuta, mores & pacta, in singulis locis exigant, permittant, vetent, exacte considerandum esse.* Conf. etiam *p. 21. n. 62. 63. 64.* Vi hujus consilii optarem,

rem, ut hic ipse tractatus Mevii denuo typis publicis exscriberetur, & quilibet animarum Pastor eundem sibi non tantum compararet, sed etiam perquam familiarem redderet, non eum tantum in finem, quem jam nobis habemus propositum, sed eam quoque ob causam, ut intelligat, quænam sint officia dominorum erga rusticos & rusticorum erga dominos, utrosque vero decenter admonere queat, quoties illorum vel neglectum vel defectum in suis observat auditoribus. Verum enim vero, jam ad ipsas perveniemus rationes, quæ communiter ab hominibus propriis dominationes suas deserentibus afferri solent.

§. XIV. Communissime dicere solent: Sie würden von ihrer Herrschafft so tyrannisch/ unmenschlich und grausam handthieret und gehalten/ daß sie ihres Lebens/ Gesundheit/ Wohlstandes oder Haabe bey derselben nicht sicher. Probe monet JCtus noster *p. 63. n. 63.* Wenn/ und wie die Herrschafft aus jetzo besagter Ursache seines Rechtes an den Bauren sich entohnige/ bedarff guter Bescheidenheit/ in Anmerckung/ daß/ im Fall den Bauren/ wider ihre Obrigkeit der Rücken zu zeitig und zu viel gesteiffet würde/ sie dadurch des Gehorsahms sich gantz zu entbrechen/ balde und aus liederlichen Vorwenden Gelegenheit suchen/ ja Rebellion und Aufruhr unterfangen dürfften/ zumahlen sie natura queruli:

*Ungentem pungit, pungentem rusticus ungit,*
*Rustica gens optima flens, sed pessima ridens.*

Vera hæc omnino sunt & in foro judiciali omnino observanda. Quodsi interea absolutionem petens, de dicenda veritate serio & multoties admonitus, in periculum animæ suæ, constanter affirmet, hanc unicam fugæ suæ fuisse rationem, eandemque esse veram, imo! Deum omniscium ejus sibi esse conscium, Minister Ecclesiæ eandem improbare non poterit, quia, uti jam supra ex S. literis nobis innotuit, tali in casu in oppressionem, & afflictionem servorum minime proceden-

 dum

dum est. Accedit, quod miseri ejusmodi homines faventem habeant ipsam divinam legem, quæ proximum quidem diligere jubet, ast minime supra, sed sicut semetipsum. Consentiunt quoque jura humana. Sic enim statuit JCtus noster *p. 62. n. 59.* Wann eine Herrschafft seinen Untersassen so tyrannisch/ unmenschlich oder grausam handthieret/ und gehalten hätte/ daß er seines Lebens/ Gesundheit/ Wohlstandes oder Haabe/ (so/ daß er seinen Unterhalt nicht haben kan/ sondern gantz verarmet/ vid. *p. 68. n. 94.*) bey ihm nicht sicher/ wird recht/ und billig zu seyn vermeinet/ daß er desselben verlustig/ und der so übel zugerichteter von seiner Jurisdiction und Gewalt frey werde. Quomodo autem talis immanis sævitia erga rusticos à nonnullis exerceatur, pluribus indicat *p. 64. n. 67.* Ne tamen ea, quæ modo adduximus, contra mentem Autoris capiantur, denuo *p. 66. n. 76. & 77.* eandem ita declarat: Hiebey ist zufoderst acht zu haben/ ob die Sævitz und Tyranney/ darüber geklaget wird/ der Beschaffenheit/ daß solches gantz unleidlich/ Gefahr Leibes und Lebens/ und anderen unverbesserlichen Schaden bey sich habe/ und dieselbe länger nicht möchte erduldet werden/ auch hernach/ was daraus entstünde/ nicht zu verbessern. Oder aber/ so gar übermächtig nicht sey/ gleichwohl in die Harre unerträglich und zu schwer fallen würde. Beym ersten Fall ist ausser zweiffel/ daß nicht allein die Leibeigene dannenhero ihre Freyheit zu suchen berechtiget/ sondern auch vergönnet sey/ ihre Beschwer öffentlich anzuzeigen/ und NB. davon zu gehen. Bey den andern Fall/ conf. *p. 67. n. 88.* wenn die Sævitz nicht so gar schrecklich und gefährlich/ sollen sie nicht erst zur Flucht greiffen/ sondern zuvor bey der Herrschafft höheren Obrigkeit klagen und Schutz suchen. Hoc posterius decisum etiam in sacris pandectis suum habet fundamentum, conf. Eccl. V. 7. adeoque in hoc casu fugitivus admonendus erit, ut superiorem adeat Magistratum, & apud eundem causam suam agat, quod si se facturum promiserit, & sacram eucharistiam instantissime desideraverit, neque alia obstet causa, *semel* ad confessionem & Sacram Domini mensam in solatium

tium

tium animæ suæ admitti poterit, sin vero idipsum pertinaciter recuset, eundem haud admittendum esse, arbitror, quia ἀτάκτως ambulat. Conf. 2. Thess. III. 6.

§. XV. Solent etiam conqueri: Daß sie mit List und Gewalt zur Unterthänigkeit gebracht. Item: Es sey ihnen nicht gehalten worden/ was ihnen zugesaget. In hoc casu inquirendum erit, an fugitivus etiam juramento fidelitatis fidem suam adstrinxerit domino isti, â quo ad servitutem se coactum esse affirmat. Quod si factum fuerit, & dominus promissa sua præstiterit, redire omnino tenetur fugitivus ad dominum suum, etiamsi servitus illa per modum fraudis aut coactionis sua ceperit initia; nam juramentum non præstitum est de re illicita, adeoque propter Nomen illud, quod religiose invocatum est, religiose quoque est servandum. Si autem nulla jurata intervenerit obligatio, & servus ad proprietatis conditionem subeundam vel fraudulenter, vel violenter fuerit inductus, aut herus ex sua parte non præstet præstanda, ista nimirum, sine quibus debitum servitium Eidem exhiberi nequit, certe non video, quomodo fugitivus obligari queat ad ulterius perferendas propriorum hominum molestias. Qui enim contra jus & justitiam in servitutem adactus est, ille ex antiquo libertatis jure, juste tunc servitutis jugum abjicere potest. Et quando dominus non servat promissa, eo ipso quoque liberat servum ab obligatione sibi debita, quia pactum est mutuum, quod ab utraque parte servandum. Audiamus consentientem JCtum, ita autem ille *p. 51. n. 239.* Dabey/ so viel die Beweißführung betrifft/ zu betrachten/ wie und welcher Gestalt/ der sich auf seine Freyheit beruffet/ zur Dienstbahrkeit gebracht sey/ da befunden würde/ daß die Herrschafft/ darunter er die servitut erdulden müssen/ durch Gewalt oder Argelist/ ihn dazu gemüßiget/ ob er bereits durch die Flucht sich davon erretten wollen/ ist dennechst alsdann dieselbe nicht als eine böse Anzeige/ sondern der Bezwungener als ein possessor libertatis anzusehen/ darauf

auch

auch des commodi possessionis nießhafft / so von der Beschwerden des Beweißthums ihn entlästiget. Et *p. 58. n. 10.* Dagegen aber werden die abgesetzte frey / denn weil die Leibeigenschafft von dem fundo herrühret / und dieselbe dannenhero verpflichtet / weil sie oder ihre Vorfahren unter den Herrschafften sich zu wohnen gegeben / und vor gewisse Aecker dienstpflichtig zu seyn / angenommen / so heisset es billig / quod cessante causa cesset effectus, und wenn die Herrschafft die Aecker und Höfe den Leuten nicht gönnet / so muß er auch ihnen ihre Freyheit nicht mißgönnen. Vid. Pommersche Bauer-Ordn. *tit. 11.* §. Es ist auch.

§. XVI. Inter rationes ab hominibus proprietatem profitentibus afferri solitas & hæc auditur: Sie wären einmahl mit gutem Fug Rechtens weggegangen / indem ihre Herrschafft ihnen keinen Unterhalt reichen wollen / und sie also wegziehen lassen. In hoc casu, quando hominibus propriis alimenta ad vitæ sustentationem necessaria denegantur, inquirendum erit: An dominus ista non voluerit, aut non potuerit subministrare. Si non voluit & tamen potuit, omni jure fugitivus sua gaudet libertate, quia domini tenentur ad alimenta hominibus propriis præstanda. Sic enim sentit MEVIUS *p. 60. n. 50.* Zumahlen einer Herrschafft zustehet die verarmete Bauren auffzuhelffen / und da solches nicht geschiehet / und dieselbe sich nicht bergen mügen / es ihnen nicht verdencken kan / daß sie sich an andere Oerter begeben. Et *p. 58. n. 41.* Zwar hat sich bey Veränderung der nechsten Zeiten begeben / daß zum öfftern die Grund-Herren keinen Mangel der Leute / sondern zu dero besetzten Höfen und Wesen Begierde gehabt / darum etzliche abgetrieben / und da sie dennoch mit gnügigem Dienst-Volck zu ihrem Acker-Bau versehen / abziehen lassen / jetzo aber / da das Dienst-Lohn übermäßig steiget / die Bauern beym Kriege an der Anzahl sehr geringert / suchet ein jeder dieselbe wiederum auf. Aber es ist fast unchristlich / zum wenigsten aber wider die Billigkeit / daß / da zu Friedens-Zeiten den Leuten entzogen / wovon sie ihren Unterhalt nehmen sollen / und dieselben lieber wollen abgehen lassen /

denn

denn beybehalten/ nachdem sie an andern Orten umb ein Stück tägliches Brodtes sich saur werden lassen/ und von andern aufgenommen/ jetzo sollen an den Ort gezogen werden/ da man zuvor mit gutem Willen ihrer ohnig seyn wollen ꝛc. Si non potuit, quod multis modis evenire potest, inque tali ipse dominus, vivit miseria, ut neque sibi neque aliis de vitæ necessariis prospicere valeat, tunc inquirendum, an dominus quoad tempus libertatem concesserit homini sibi obstricto, an vero eundem simpliciter ut liberum dimiserit. In priori casu homo proprius tamdiu sua libertate frui potest, donec dominus eundem revocat & ad meliorem sortem restitutus eidem alimenta præbere potest. In posteriori casu redire minime tenetur. Qvodsi tamen recuperatus servire coactus fuerit & fuga se iterum salvaverit, conscientiam suam non lædit, si ad dominum redire recusat, quia semel dimissus est, argumento eorum, quæ supra ex Mevio adducta sunt.

§. XVII. Accidit quandoque, ut homines peregrini, ad qvæstionem: Ob sie auch unterthänig? ex præcipitantia vel ignorantia, quia sensum quærentis non recte perceperunt, quæsitum affirment, postea autem constanter negent, se esse homines proprios. In tali casu nullum est dubium quin admitti possint, quia rebus sic stantibus, ne quidem judex secularis contra ejusmodi hominem, nisi alia supervenerint argumenta satis valida, sententiam pronunciare potest. Conf. JCtus noster *p. 42. n. 184. Sicut enim propter magnum præjudicium, qvod libertati rei inæstimabili infertur, per legislatores provisum est, ne quis se servum confitendo statui suo nuda confessione præjudicet; ita & per Imperatorem in quasi servitute hac inducenda cautum, ne oris vel calami inconsiderata præcipitatio libertati officeret, & hominem, qvi liber in dubio præsumitur, glebæ ascriptum censeret.*

§. XVIII. Sunt, qui non malo se dominis suis subducunt



animo,

animo, ſed eam tantum ob cauſam, quia quoad tempus alibi victum quærere neceſſum habent; partim, quia domini nulla hominum propriorum laborant penuria, adeoque ipſorum non indigent ſervitio; partim quia iram pertimeſcunt herorum ſuorum, quos ad indignationem provocarunt, adeoque hoc unice intendunt, ut interea animus remittat ab efferveſcentia, reconciliatio autem opportuno tempore modoque commodo inſtitui queat. Tales, ſi ad reditum ſe ſemper pronos paratosque profiteantur, inque eo ſerio ſint occupati, ut cum dominis ſuis in gratiam redire queant, ſuaque iisdem offerri curent ſervitia; neque à cathedra confeſſionali, neque à Sacra Domini menſa arceri debent. Præſuppono tamen circa hos æque ac præcedentes caſus, quod in examine cum ejusmodi hominibus inſtituendo, Miniſter eccleſiæ haud perfunctorie ſuo defungi debeat munere, potius omni cum induſtria in eo allaborare, ut ejusmodi homo ex verbo veritatis intelligat, ſibi non cum hominibus tantum, ſed potiſſimum cum Deo, in re ad æternam animæ ſuæ ſalutem ſpectante, negotium eſſe: Qvapropter crebro admonendus eſt, ut veritatem ingenue ſine omni fuco ac dolo profiteatur, nec quicquam committat, quod in æternum animæ vergere poſſit detrimentum. Hocce ſi obſervatum fuerit monitum, Miniſter Eccleſiæ in ea, quæ editur, profeſſione, acquieſcere omnino debet, ſuæque abunde proſpicit conſcientiæ, quando juxta confeſſionem prolatam cum ejusmodi hominibus procedit. Non enim Eccleſiæ Miniſter eſt judex ſecularis, qui accuratum & exactum veritatis inſtituere poteſt ſcrutinium, ſed dicendo atque docendo ſuam liberat animam. Ezech. III. 17. 18. 19. Poſſet quidem huic ſententiæ noſtræ opponi, quod ejusmodi profeſſiones ſcriptis confirmandæ ſint teſtimoniis iisdemque fide dignis. Et certe exigenda ſunt omnino talia teſtimonia, ſi haberi queant; Verum novi, quod quan-

doque

doque nullis precibus impetrari possint, adeoque frustra â nonnullis desiderentur, quibus omnino injuria fieret, si sacrorum ipsis interdiceretur usus.

§. XIX. Ne tamen quispiam existimet, hæc in malitiæ patrocinium scripta esse; ingenue profiteor, sacrum absolutionis & administrandæ Cœnæ Dominicæ ministerium nequaquam iis indulgendum esse, qui justas absentiæ suæ causas haud proferre valent, sed animum potius produnt proterve malitiosum. Regnat profecto infaustis nostris temporibus iniqua libertatis affectatio, & forte ampliores nobis, quam olim Nabali sunt conquerendi occasiones: Es werden jetz der Knechte viel/ die sich von ihren Herrn reissen/ 1. Sam. XXV. 10. Malo itaque huic ingruenti quovis modo sese opponere decet. Perpendant inprimis ecclesiarum Ministri; Annon peccandi augeatur ac promoveatur licentia, si cunctis fugitivis liber ubivis ad quorumque sacrorum pateat aditus? Annon illi participent de aliorum delictis, qui indiscriminatim quoscunque peregrinos, omni prævia exploratione procul habita ad sacram admittunt cœnam? Annon indignos coram Deo, suo se munere reddant, qui perjuros, sacro religionis vinculo jure obstrictos, temere absolvunt, atque sic in culpa sunt, quod tales in sua perseverent malitia, & à peccatorum suorum nunquam liberentur reatu? Revocemus nobis in memoriam effata illa Spiritus Sancti, quæ Prov. XVII. 15. & Ezech. XIII. 18. - 22. inveniuntur, iisdemque rite ponderatis horror tremorque nos invadent. Quotquot rite recteque suis defungi cupiunt muniis, illorum utique est, ut in ejusmodi casu, quando de fuga hominum propriorum ex mera malitia suscepta abunde constat, fugitivos admoneant officiorum suorum heris debitorum, iisdemque autores ac svasores existant de reditu mature instituendo, recte quoque facient, si hominibus istis vel consilia suppeditent, vel etiam auxilia præstent, quomodo

 absque

absque metu ac timore ad Dominos suos reverti, penesque illos vitam tranquillam & Deo gratam agere possint. Si enim Angelus Dei reverti jussit HAGAREM, quæ famulitium continuare recusaverat, vid. Gen. XVI. 9. multo magis homines proprietatis jure obstricti ad continuandum servitutis jugum omnibus excitandi erunt modis. Novimus præterea, qualem se gesserit Apostolus Paulus erga ONESIMUM servum, qui à PHILEMONE aufugerat. Omnem certe impendit operam non tantum in eodem convertendo, sed etiam reducendo & cum domino suo reconciliando. Conf. Ep. ad Philem. v. 10. - 21. Unde FECHTIUS in *Exeget. Expos. hujus Ep. C. III. §. 6.* pie monet: *Ecclesiæ minister officium suum facere, & Dei loco, interposita muneris auctoritate, imperando Act. XVII. 30. & Dei simul loco leniter rogando 2. Cor. V. 20. omniq; argumentorum genere persvadendo, adducendo & convincendo, fidei morumq; sanctimoniam auditoribus implantare debet.* Ne vero solis exemplis sententiam meam superstruxisse videar, provoco ulterius ad expressa illa Scripturæ loca jam supra adducta, Eph. VI. 5. 6. Col. III. 22. 1. Tim. VI. 1. Tit. II. 9. 1. Petr. II. 18. quæ omnia assertum nostrum, quam maxime stabiliunt atque confirmant. Hisce si etiam humanas addere volumus constitutiones, provoco denuo ad MEVIUM, qui *l. c. p. 12. n. 38. & 39.* de hominibus propriis docet: Daß sie ihr Wesen und Herrschafft nicht verlassen/ noch ohne dero Belieben sich von dannen begeben können/ sondern dabey beständig bleiben / und bis zu rechtmäßiger Erlassung dienen müssen. Imo ib. *n. 3.* sequentia habet: Damit allem Muthwillen so vielmehr begegnet und vorgebeuget würde / ist dem Ampt der ordentlichen Obrigkeiten auch dieses beygeleget / daß / ob im Lande/ Städten und sonsten entwichene Bauers-Leute sich aufhalten / und ihr Brodt erwerben/ sich aber von ihren schuldigen Diensten entziehen wolten/ denenselben / wann bereits dieselbe niemand abfoderte/ solches nicht solle verstattet / sondern die Thüre gewiesen / und an ihre Herrschafften verschicket werden. Conf. quoque mandata Illustrissimi Regiminis

Svecici

Svecici in hac Pomerania noſtra anno 1714. & haud ita pridem anno 1721. d. 10. Auguſti, quoad homines proprios publicata. Certe? ſi Magiſtratus Politicus hoc obſervare debet, (utinam autem omnes obſervarent, & non ſœpe ultro aliorum homines proprios in ſuas allicerent ditiones, aut ſtudio ſecum retinerent!) multo magis Eccleſiæ Miniſter totus in eo eſſe debet, ut tales deſertores reſipiſcant recteque agere diſcant. Conducet utique tali caſu exiſtente in ſubſidium adducere aurea LUTHERI verba ex Catech. Maj. ad Præc. IV. *Servi & ancillæ etiam atqve etiam operam dare debent, ut non ſolum dominis & dominabus ſuis libenter pareant, morem gerentes & obtemperantes, verum etiam veluti parentes ſuos honeſtent honoribus, non qvidem coacte & invito animo, ſed promte & cum gaudio. Et hoc propter cauſam, qvod Deus honorandos & colendos præcepit, hacqve obedientia præ omnibus aliis operibus inprimis delectatur. Cujus rei gratia vel ipſi pretium impendere, planeqve geſtire gaudio debebant, ſi heros & heras conſeqvantur, tamqve pacata & hilari conſcientia fruantur, & ſciant, qvomodo vere aurea opera præſtare qveant - - Qvid multis moror? palam beatus es, dummodo probitatis & obedientiæ virtutem conſtanter retineas. Sin minus, primum qvidem non niſi iram à Deo lucrifacis & inimicitias, poſtea amiſſa cordis tranqvillitate, omnes plagas incurris & infortunia. Qvem ergo iſta non movebunt & probum facient, hunc tanqvam deploratæ vitæ hominem carnifici commendamus & morti. Qvare qvilibet, qvi moneri ſe patitur, cogitet, Deum hoc ſuo præcepto non ludos facere, aut jocos exercere, ſciasqve illum ipſum hæc tecum loqvi, & obedientiam reqvirere. Qvodſi illi morem geſſeris, placebis ei, ejusqve dilectus filius eris. Sin vero contemſeris, age, & dedecus, ærumnas & dolores præmii loco tibi habeto.*

§. XX. Quod nunc ad *milites* attinet *deſertores*, paucioribus nos expedire poterimus, quia eadem ferme hac in parte ipſorum quæ hominum propriorum eſt ratio, unde & idem

 ferme

ferme de iisdem formandum erit judicium. Adeoque, quoties tales homines ſacrum abſolutionis beneficium deſiderant, pari cum pietate & induſtria examinandi erunt, quibus nimirum rationibus permoti ſignis ſuis terga dederint. Ut vero de his tanto melius judicare aliosque informare poſſimus, operæ pretium erit quasdam ipſorum rationes etiam hic ſub examen vocare. Dicere ſolent: Sie hätten gezwungener Weiſe Dienſte annehmen müſſen. Præter illa, quæ jam ſupra §. XV. attulimus, ſciendum, nos quidem minime probare illicitos illos cogendi modos, quibus communiter illi, qui milites legere ſolent, utuntur, vid. §. IV. Interim tamen non omnem ſimpliciter cogendi improbare poſſumus rationem. Ponimus enim caſum, Regem vel Principem jus ſuum in conſcribendo milite ſibi à Deo conceſſum in ſubditos ſuos exercuiſſe, conf. 1. Sam. VIII. 11. ſq. (Quamvis enim alii hunc locum de *jure uſurpato*, non autem *conceſſo* exponant, moti cumprimis ob v. 18. magis tamen in iſta, quam amplexus ſum, me confirmat ſententia, quod Deus v. 18. Iſraëlitis querulantibus exauditionem deneget; quod certe non faceret, ſi contra jus ac fas Reges talia, qualia ibidem recenſentur, exigerent.) Inter hos vero hominem fuiſſe refractarium, atque ſic eundem vi quadam ad æqui juſtique menſuram attemperata, ad militiam coactum fuiſſe, nonne is potius ipſe, quam dominus ipſius foret incuſandus? Quodſi autem ab iis coactus fuerit, qui nullam eundem cogendi habuerunt poteſtatem, & ſemel fidelitatis præſtiterit juramentum, certe non video, quomodo per fugam ſe ab iſto, quod ipſi injectum eſt vinculo, liberare queat, juxta ea, quæ ſupra §. XI. à nobis allata ſunt. Novi quidem tritum illud proverbium: Gezwungen Eyd ſey GOtt leid. Aſt hoc neque tuam, neque meam, amice Lector, liberabit animam, quando ſecundi præcepti fulmen noſtram feriet conſcientiam. Perpendas, quæſo te, præceptum illud divinum.

Num.

Num. XXX. 3. quod ex versione SEB. SCHMIDII textum originalem sufficienter exhibentis tibi hic sisto: *Vir, qvando voverit votum Jehovæ, aut juraverit juramentum, ad ligandum vinculum super animam suam, non profanabit verbum suum: juxta omne, qvod exivit ex ore ejus, faciet.* Qvodsi dixeris; hæc verba ad juramentum vi extortum applicari non posse? Arbitrum nos inter constituamus ipsum Deum. Rex Zedekias vi externa Regis Babyloniæ coactus erat ad ineundum fœdus, quod, si sui fuisset juris, nunquam iniisset, illudque juramento corroborare jussus fuerat. Rex Zedekias ab isto fœdere resiliebat, non curabat juramentum â se præstitum, forte etiam cogitavit: Gezwungen Eyd ist GOtt leid. Ast perorantem nunc audiamus Supremum eundemque infallibilem Legislatorem Deum. Ita autem ille Ezech. XVII. 12. sq. *Ecce venit Rex Babelis Hierosolymam, sumsitqve Regem ejus, & Principes ejus, ac abduxit eos ad se Babelem. Sumsit autem de semine regni, & excidit cum eo fœdus, adduxitqve eum in juramentum; potentes qvoqve terræ accepit: Ut esset regnum humile, ne se efferret; sed ut custodiret fœdus ipsius, ut staret illud. Verum rebellavit contra eum, mittendo legatos suos in Ægyptum, ut daret illi eqvum & populum multum. Num ergo prosperabitur? Num eripietur faciens hæc? & qvi irritum fecit fœdus, num evadet? Vivus ego, dictum Adonai Jehovih,* (ita enim legere placuit SEB. SCHMIDIO) *si non in loco Regis, qvi regnare eum fecit, cujus juramentum contemsit, & cujus irritum reddidit fœdus, apud eundem in medio Babelis morietur. - - Sic dixit Adonai Jehovih: Vivus ego, si non* NB. *juramentum meum, qvod sprevit, & fœdus meum, qvod irritum reddidit; dedero, inqvam, illud in caput ejus. Expandam itaqve super eum rete meum, ut capiatur in reti meo; abducamqve eum Babelem, ubi judicabor cum illo,* NB. *ob prævaricationem ejus, qva prævaricatus est* NB. *contra me.* Fiat nunc applicatio ad militem desertorem. Concedam Tibi, eundem ad militiam coactum esse, nonne & Rex Zedekias coactus est ad

jura-

juramentum â se præstitum? & nihilominus habuit Deum gravissimum perjurii sui vindicem? Dices: Disparem esse rationem, quia Zedekias regii diadematis splendore illectus, ultro se ad jurandum facilem præbuit. Sed regero: In textu originali reperiri verbum יביא quod MICHAELIS in notis ad v. 13. egregie exposuit, *adegit eum in juramentum.* Et quamvis in modo cogendi quædam hic admittenda esset disparitas, certissime tamen sum persvasus, quod Zedekias non omni animi spontaneitate hoc præstiterit juramentum, sed illud lubens recusasset, si absque illo regium occupare potuisset solium. Dices ulterius: Liberum tamen fuisse Zedekiæ, oblatum recusare diadema? Sed perpendamus, quæso: Annon Rex Nebucadnezar, istam recusationem pro summa habuisset injuria sibi illata, atque sic Zedekias furorem Regis Nebucadnezaris quam maxime pertimescere habuerit, & consequenter invitus ac formidine mali cujusdam imminentis juramentum hoc præstiterit? Servanda itaque sunt juramenta, etiamsi ea, quæ promisimus, nobis sint permolesta, dura atque ingrata, sin aliter illæsa conscientia servari possint.

§. XXI. Sed instant desertores milites: Sie würden beym exerciren so grausam geprügelt und übel gehalten / daß sie es nicht aushalten könten. Forte his ipsis suammet testantur ac produnt ignaviam atque malitiam, quibus ejusmodi promeriti sunt castigationes. Forte sic sentiunt justissimam sanctissimi Numinis vindictam, quod olim parentibus aut heris, aut aliis sibi præpositis debitum recusaverint obsequium. Forte etiam Deus ipsorum fidem, obedientiam atque patientiam hac ratione voluit explorare. Præstat omnino durissima quævis perferre quam nomen Dei in vanum assumere. Præstat hominum sustinere iniquitatem, quam iræ divinæ experiri gravitatem. Nonne sunt plures alii sub iisdem ducibus militan-

litantes, qui ſua ſervant juramenta nullaque fuga ſibi conſulere cupiunt? Apparet ex hactenus dictis, quod huic effugio non ſemper fides ſit habenda, ita ut pro juſta deſertionis cauſa haberi queat. Interim lubentiſſime concedo, quod aliquando caſus exiſtant, qui militem deſertorem omni commiſeratione dignum nobis commendare valeant, hinc facile adſtipulor ſententiæ BUDDEI, quam in *Diſſ. de offic. Imp. circa conſcrib. milit. §. VII.* ſequentibus expreſſit verbis: *Scio ſane, ſeverioribus pœnis coërcendos eſſe milites, tantamqve plerorumqve eſſe petulantiam, ut levioribus pœnis ad eos in fide & obſeqvio continendos, parum proficiatur: Sed tamen nec illud obſcurum alicui eſſe poteſt, ſi cui peccandi IMPONATUR NECESSITAS, & nihilo ſecius qvam ſeveriſſime peccata puniantur, palam juſtitiam omnem conculcari, ſimulqve talem conditionem vivendi miſeris imponi, qvam ut ferre nullo modo poſſunt, ita merito deteſtantur, eamqve fugiendo & detrectando id faciunt, ad qvod natura ipſa bruta qvoqve, dum tenerrimum ſtudium ſe conſervandi illis implantavit, concitat atqve impellit.* Neceſſum itaque eſt, ut maxima cum cura atque induſtria deſertionum cauſæ examinentur ac ponderentur. Sola quippe crudelitas milites ab obligatione ſua non liberat, ſed potius crucis titulo ſi aliter ullo modo tolerabilis eſt, patienter ferri debet.

§. XXII. Inter rationes deſertionem haud culpabilem efficientes eminent ſeqventes, ſi fides in legendo milite data, non fuerit ſervata; eo ipſo enim, dum legens ſuam non ſervat fidem, neque lectus obligatus erit ſuis ſtare promiſſis, præprimis, ſi ſuperioribus ſuis idipſum indicaverit, nullum vero injuriæ ſibi illatæ acceperit remedium. Valebit quoque hæc ratio, ſi ſalarium promiſſum non fuerit ſolutum, illudque nullis modis impetrari queat, militans autem non habeat ex quo legitimo modo ſuam ſuſtentare poſſit vitam.

Qui ad certum tantum tempus militiæ se addixerunt, eodemque elapso, frustra dimissionem suam petunt, in conscientia sua ad ulterius serviendum obstricti non sunt. In omnibus quippe hisce casibus ab altera parte pactum prius factum est irritum, adeoque non video, quare miles ad istud olim obligatus ulterius idipsum servare debeat. Similiter culpari nequeunt, qui ob manifestam belli injustitiam castra sua deserunt, aut â priori domino avocati, ad eum redeunt, cui subjectionis jure antea fuere obstricti. De quibus aliisque rationibus legi meretur dissertatio de milite desertore sub præsidio Joh. Joachimi Schöpferi, olim in Academia Rostochiensi conscripta, Autore Jacobo Henrico Zerneke.

§. XXIII. Nos in his casibus obvenientibus, omnes ac singulas hic expendere non possumus exculpationes, quibus desertionem suam palliare solent profugi. Hoc unicum tamen adhuc potissimum commendamus, ne leviter atque, sine sontica causa quispiam in sacro constitutus munere ecclesiastico, desertores milites ad sacram Domini admittat mensam, sed probe inquirat, an rationes fugæ aut desertionis adsint sat prægnantes, solidæ ac validæ, conscientiam nequaquam turbantes. Verbum enim illud, quod nos judicabit, nobis, quibus animarum cura demandata est, innotuit; nostrum itaque est, ut juxta illud omnes officii nostri ineamus rationes, æquo interea ferentes animo, quicquid etiam alii de nobis sentiant aut loquantur, si modo nostra nos non accuset conscientia. Væ autem illis, qui, ut verbis ... ar Hartmanni ex Pastorali ipsius Ev. L. III. Cap. XXXIII. p. 713. sunt *Polygramones, qvi leniunt absque temperatura, propter pugillum hordei & fragmen panis Ezech. XIII. n. 19. qvi ejusmodi transfugas svavibus ulnis recipiunt, & absqve mora absolvunt!* Hic ipse Hart-

MAN-

MANNUS recte omnino *pag. prac. 712* statuit: *Quod peregrinus perfidus non sit absolvendus, sed informandus, quam graviter peccet.* Quoties itaque de perfidia vel hominum propriorum, vel militum nobis constat, minime isti erunt absolvendi sed informandi potius, ne in æternum pereant, & in peccatis suis moriantur. Obsigno hunc §. verbis CHRYSOSTOMI in *Cap. 26. Matth. homil. 38. Tom. ii. f. 276. Adeat nullus crudelis, nullus immisericors, nullus impurus qvovis modo. Hæc tam ad vos, qvi communicatis, qvam ad vos, qvi ministratis, dicta volo. Oportet enim etiam eadem ad vos dicere, ut magno studio & diligenti cura dona hæc distribuatis. Non parva vobis imminet pœna, si qvem aliqva improbitate teneri scientes, ei hujus mensæ participationem permittatis, sangvis enim ejus ex manibus reqviretur vestris.*

§. XXIV. Ex Agendis Ecclesiæ nostræ Pomeranicæ huc aptissimum faciunt, quæ inveniuntur *f. 144. a.* Wo der Prediger wüste / daß er / (der Beichtende) sonderliche Fehler wider ein oder mehr Gebote GOttes hätte / oder verdächtig / oder berüchtiget wäre / so soll er väterlich und treulich den Sünder zur Besserung vermahnen / unterrichten / zur Erkäntniß der Sünden bringen / wie ein gottfürchtiger / geschickter / verständiger Seel-Sorger wohl wird zu thun wissen. It. *f. 145. a.* Wenn einer in der Beicht in Sünden noch wil recht haben / der Pastor aber bezeuget aus GOttes Wort / daß es Sünde sey / der anerkennet es vor keine Sünde und disputiret noch / suchet allerley Behelf / 2c. den soll der Beicht-Vater nicht absolviren / noch zum Sacrament gestatten / bis daß er zur Erkäntniß der Sünden komme / und gelobe / er wolle sich bessern und ablassen. So aber die Sünde zweiffelhafftig wäre / sollen Beicht-Vater und Beicht-Kind sich freundlich vergleichen / Anstand nehmen / und bey dem Superintendenten Erfährung suchen / und nicht im Zweiffel GOttes Wort und Sacrament mißbrauchen.

§. XXV. Hæc ſunt, Lector Benevole, quæ circa qvæſtionem propoſitam, hactenus, quantum mihi innotuit, â nemine, neque ex profeſſo, neque incidenter pertractatam, inter luctus, inter labores, inter varias animi diſtractiones conſcribere licuit. Qvodſi tuo non ſatisfecero deſiderio, ſcias, quod nec meo ſatisfactum ſit. Interea DN. RESPONDENS urſit, ut colophonem huic meditationi imponam. Æqvus quæſo ſis hujus noſtri laboris cenſor, gratiam nobis facies, ſi tibi placuerit, hanc qvæſtionem curatius enodare atque ſic plenarie animos noſtros ab iſtis liberare difficultatibus, quæ hactenus nos plus una vice exercuerunt. Si Magiſtratus, ſi Præfecti militiæ, ſi Eccleſiarum Antiſtites pari cum dexteritate ſuis præeſſent officiis, tot certe non committerentur perjuria, tot non extarent deſertionum exempla. Tu Alme Deus rege nos omnes Spiritu Tuo Sancto, ut tuis in viis rite recteque ambulemus. Tuum Nomen ſit benedictum in ſeculorum ſecula.

# FINIS.